Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ergo honorem Deo omnipotenti, cuius imperio omnia dominantur, cui insensibilia obediunt elementa, Virtus illius te expellat, et exire cogat, quæ de Maria Magdalena septem doemonia effugauit, qui regna mortis per te inuenta destruxit, et à parte mortis, electos suos abstulit, Dominus uirtutum ipse est rex gloriæ, Cuius regnum et imperium sine fine manet in secula seculorum. Amen.

Oratio.

Te domine supplices exoramus, ut uisitatione tua coelesti erigas. N. famulam tuam, ne cum aduersario luctetur, usq; ad animæ emissionem, sed pone terminum sicut in Oreb, ne inimicitia in anima ista incipiat triumphare.

Ergo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, et da honorem Deo uiuo et uero, et recede à famula Dei N. tibi præcipio maledicte Diabole et maledicte spiritus, hostis humani generis per Deum patrem omnipotentem, inuisibilem atq; immortalem, qui fecit coelum et terram, mare, et omnia quæ in eis sunt: omnisq; potestas aduersari, ac omnis exercitus diaboli, omnisq; incursus inimici, effugare ab ista famula Dei N. ut in ea deinceps nihil habeas contrahere uirtutis tuæ admixtionem. Sed tu deus omnipotens propitius esto huic corpori à doemonio obsesso, ut potentia tua totam nequitiam diabolicæ frau-